

DIOCESE DE PARIS  
PAROISSE  
SAINT-EUGENE - SAINTE-CECILE  
4, RUE DU CONSERVATOIRE  
75009 PARIS  
01 48 24 70 25  
secretariat@saint-eugene.net



JEUDI 2 AVRIL 2026  
MESSE DE 20H30

## MESSE DE LA CENE DU SEIGNEUR

STATION A SAINT-JEAN-DU-LATRAN



### DEUXIEME QUETE : POUR LES FLEURS DU REPOSOIR

Merci de vérifier que votre téléphone portable est bien éteint.

Cette messe est diffusée en direct sur YouTube : *Itē missa est*

<https://www.youtube.com/c/Saint-eugeneNet>

N'HESITEZ PAS A EMPORTER CE LIVRET: IL EST FAIT AUSSI POUR ETRE RELU A LA MAISON.



## INTROÏT

NOS AVTEM \* gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi : in quo est salus, vita & resurrectio nostra : per quem salváti, et liberáti sumus. – Ps. Deus misereátur nostri, et benedícat nobis : \* illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

IV<sup>EME</sup> TON – GALATES VI, 14 & PSAUME LXVI, 2-4

*Pour nous cependant, nous devons nous glorifier dans la Croix de notre Seigneur Jésus-Christ, en qui est le salut, la vie et notre résurrection, par qui nous sommes sauvés et libérés. – Ps. Que Dieu aie pitié de nous et qu'il nous bénisse, qu'il fasse briller sur nous son visage et qu'il ait pitié de nous.*

## KYRIE

De la Missa Exsultate Deo (1669) de François Cosset (c. 1610 † c. 1673), maître de chapelle des cathédrales de Laon, Reims et Paris

Kyrie eleison.  
Christe eleison.  
Kyrie eleison.

*Seigneur, aie pitié.  
Christ, aie pitié.  
Seigneur, aie pitié.*

## GLORIA

De la Missa Exsultate Deo (1669) de François Cosset

*Pendant le Gloria, on sonne les cloches. Après le Gloria, l'orgue ne se fait plus entendre jusqu'à Pâques.*

GLORIA IN EXCELSIS DEO.  
Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis.  
Laudámus te.  
Benedícimus te.  
Adorámus te.  
Glorificámus te.  
Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam.  
Dómine Deus, Rex cœléstis, Deus Pater omnípotens.  
Dómine Fili unigénite, Jesu Christe.  
Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris.

Qui tollis peccáta mundi, miserere nobis.

*Gloire à Dieu au plus haut des cieux.  
Et sur terre paix aux hommes de sa bienveillance.  
Nous te louons.  
Nous te bénissons.  
Nous t'adorons.  
Nous te glorifions.  
Nous te rendons grâces pour ta grande gloire.  
Seigneur Dieu, Roi céleste, Dieu le Père tout-puissant.  
Seigneur Fils unique, Jésus-Christ.  
Seigneur Dieu, Agneau de Dieu, Fils du Père.  
Qui ôtes les péchés du monde, aie pitié de nous.*

Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quóniam tu solus Sanctus.

Tu solus Dóminus.

Tu solus Altíssimus, Jesu Christe.

Cum Sancto Spíritu in glória Dei Patris.

Amen.

## COLLECTE

℣. Dóminus vóbiscum.

℟. **Et cum Spíritu tuo**

**Orémus.** – DEVS, a quo et Judas reátus sui pœnam, et confessiónis suæ latro præmium sumpsit, concède nobis tuæ propitiatiónis efféctum : ut, sicut in passióne sua Jesus Christus, Dóminus noster, diversa utrísque intulit stipéndia meritórum ; ita nobis, abláto vetustátis erróre, resurrectiόnis suæ grátiam largiátur : Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. **Amen.**

## LÉCTIO EPÍSTOLÆ BEÁTI PAVLI APÓSTOLI AD CORÍNTHIOS

I CORINTH. XI, 20-32

Fratres : Conveniéntibus vobis in unum, jam non est Dominicam cenam manducáre. Unusquisque enim suam cenam præsumit ad manducándum. Et álius quidem ésurit : álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum ? aut ecclésiám Dei contémnitis, et confúnditis eos, qui non habent ? Quid dicam vobis ? Laudo vos ? In hoc non laudo.

Ego enim accépi a Dómino, quod et tradidi vobis, quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam

*Qui ôtes les péchés du monde, reçois notre prière.*

*Qui siège à la dextre du Père, aie pitié de nous.*

*Car toi seul es Saint.*

*Toi seul es Seigneur.*

*Toi seul es le Très-Haut, Jésus-Christ.*

*Avec le Saint-Esprit, dans la gloire de Dieu le Père. Amen.*

**Prions.** – Dieu, de qui Judas a reçu sa peine et le bon larron la récompense de sa confession, accorde nous l'effet de ta rédemption, en sorte que notre Seigneur Jésus-Christ – qui en sa passion a rendu à l'un & à l'autre selon son mérite – enlève de nos cœurs l'égarément du vieil homme et nous donne libéralement la grâce de la résurrection. Lui qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

*Frères, lorsque vous tenez vos réunions, ce n'est point le Repas du Seigneur que vous mangez : car au moment de manger, chacun prend aussitôt son propre repas, et l'un a faim tandis que l'autre s'enivre. N'avez-vous pas des maisons pour manger et pour boire ? ou bien méprisez-vous l'Eglise de Dieu et voulez-vous faire affront à ceux qui n'ont rien ? Que vous dire ? vous féliciter ? De cela, non, je ne vous félicite pas.*

*Pour moi, j'ai reçu du Seigneur ce qu'à mon tour je vous ai transmis : le Seigneur Jésus, la nuit où il était livré, prit du pain, puis, ayant rendu grâce, il le rompit, et il dit : « Prenez et mangez, ceci est mon corps livré pour vous. Faites cela en mémoire de moi. » De même pour la coupe, après le repas ; et*

commemorationem. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in meo sanguine : hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis : mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.

Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domine indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit : non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicavimus, non utique iudicavimus. Dum iudicamur autem, a Domino corripiamur, ut non cum hoc mundo damnemur.

## GRADUEL

V<sup>EME</sup> TON – PHILIPPIENS II, 8-9

**Plain-chant grégorien - reprise en polyphonie du Padre Giovanni Baptista Martini, o.f.m. (1704 † 1784), maître de chapelle et organiste du couvent franciscain de Bologne**

Christus \* factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. *✠*. Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne \* nomen.

*il dit : « Cette coupe est la nouvelle Alliance dans mon sang. Faites cela, chaque fois que vous en boirez, en mémoire de moi. » Chaque fois que vous mangez ce pain et buvez de cette coupe, vous annoncez la mort du Seigneur, jusqu'à ce qu'il vienne.*

*Ainsi, quiconque mange le pain ou boit la coupe du Seigneur indignement devra répondre du corps et du sang du Seigneur. Que chacun s'examine, et alors qu'il mange de ce pain et boive de cette coupe ; car celui qui mange et boit indignement mange et boit son propre jugement, ne discernant pas le corps du Seigneur. C'est pour cela qu'il y a parmi vous beaucoup de malades et d'infirmes, et que bon nombre sont morts. Si nous savions nous juger nous-mêmes, nous ne serions pas jugés. Mais, jugés par le Seigneur, nous sommes corrigés par lui pour ne pas être condamnés avec le monde.*

*Le Christ s'est fait pour nous obéissant jusqu'à la mort, et la mort de la Croix. ✠. C'est pourquoi Dieu l'a exalté et lui a donné le Nom qui est au-dessus de tout nom.*

## SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECVNDVM JOANNEM

JEAN XIII, 1-15

Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cena facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simónis Iscariótæ, sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit, et ad Deum vadit, surgit a cena, et ponit vestimenta sua, et cum accepisset linteam, præcinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, et coepit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit

*Avant la fête de la Pâque, sachant que l'heure était venue pour lui de passer de ce monde) son Père, Jésus, ayant aimé les siens qui étaient dans le monde, les aima jusqu'au bout. Or, après le souper, alors que le diable avait déjà mis au cœur de Judas Iscariote, fils de Simon, la décision de le livrer, sachant que le Père lui avait tout remis entre les mains, qu'il était sorti de Dieu et retournait à Dieu, il se lève de table, dépose son vêtement, et prend un linge qu'il se noue à la ceinture. Puis il verse de l'eau dans un bassin et il se met à laver les pieds*

ergo ad Simónem Petrum. Et dicit ei Petrus : « Dómine, tu mihi lavas pedes ? » Respondit Jesus et dixit ei : « Quod ego fácio, tu nescis modo, scies autem póstea. » Dicit ei Petrus : « Non lavábis mihi pedes in ætérnum. » Respondit ei Jesus : « Si non lávero te, non habébis partem mecum. » Dicit ei Simon Petrus : « Dómine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. » Dicit ei Jesus : « Qui lotus est, non índiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. » Sciébat enim quisnam esset qui tráderet eum ; proptérea dixit : Non estis mundi omnes.

Postquam ergo lavit pedes eórum, et accépit vestiménta sua, cum recubísset íterum, dixit eis : « Scitis, quid fécerim vobis ? Vos vocátis me Magíster et Dómine, et bene dicitis ; sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus et Magíster : et vos debétis alter altérius lavare pedes. Exémplum enim dedi vobis, ut, quemámodum ego feci vobis, ita et vos faciátis. »

*de ses disciples, les essuyant avec le linge dont il était ceint. Il arrive ainsi devant Simon Pierre. Et Pierre lui dit : « Seigneur, c'est toi qui me laves les pieds ! » Jésus lui répondit : « Ce que je fais, tu ne le sais pas maintenant ; après, tu comprendras. » Pierre lui dit : « Non, jamais tu ne me laveras les pieds ! » Jésus lui répondit : « Si je ne te lave pas, tu n'auras point de part avec moi. » Simon Pierre lui dit : « Seigneur, pas seulement les pieds, mais aussi les mains et la tête ! » Jésus lui dit : « Celui qui a pris un bain n'a point besoin de se laver, sauf toutefois les pieds : il est entièrement pur. Vous aussi, vous êtes purs ; mais pas tous. » Il savait en effet qui allait le livrer ; voilà pourquoi il avait dit : « Vous n'êtes pas tous purs. »*

*Or, quand il leur eut lavé les pieds, qu'il eut repris son vêtement et se fut remis à table, il leur dit : « Comprenez-vous ce que je vous ai fait ? Vous m'appellez : Maître et Seigneur, et vous dites bien, car je le suis. Si donc je vous ai lavé les pieds, moi le Seigneur et Maître, vous devez aussi vous laver les pieds les uns aux autres. C'est un exemple que je vous ai donné afin que vous fassiez, vous aussi, comme je vous ai fait.*



CREDO I

XI. s.

IV.



*Je crois en un seul Dieu.*

*Le Père tout-puissant,*

*créateur*




Redo in unum De-um, Patrem omni-po-téntem, factó-rem

*du ciel et de la terre, de toutes choses visibles et invisibles.*



cœ-li et terræ, vi-si-bí-li-um ómni-um, et invi-si-bí-li-um. Et in


*Et en un seul Seigneur Jésus-Christ, Fils unique de Dieu.*



unum Dómi-num Je-sum Christum, Fí-li-um De-i un-i-gé-ni-tum.

*Né du Père avant tous les siècles.*


*Dieu né de Dieu,*



Et ex Patre na-tum ante ómni-a sæ-cu-la. De-um de De-o, lu-

*lumière née de la lumière, vrai Dieu né du vrai Dieu.*

*Engendré,*




men de lúmi-ne, De-um ve-rum de De-o ve-ro. Gé-ni-tum, non

*non fait, consubstantiel au Père, par qui tout a été fait.*



factum, consubstanti-á-lem Patri: per quem ómni-a facta sunt.

*Qui pour nous, hommes, et pour notre salut, est descendu des cieux.*



Qui propter nos hómi-nes et propter nostram sa-lú-tem descéndit

*Et s'est incarné par l'Esprit-Saint de la Vierge Marie, et s'est fait homme.*



de cœ-lis. Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-rí-a


*Puis crucifié pour nous,*



Vír-gi-ne : Et homo factus est. Cru-ci-fí-xus ét-i-am pro no-bis :

*sous Ponce Pilate, il souffrit et fut enseveli.*

*Et il ressuscita le troisième jour,*



sub Pónti-o Pi-lá-to passus, et sepúltus est. Et re-surré-xit térti-


*selon les Ecritures.*

*Et il monta au ciel, il siège à la droite du Père.*




a di-e, se-cúndum Scriptú-ras. Et ascéndit in cœ-lum : se-det ad

*Et il viendra de nouveau avec gloire*




déxte-ram Patris. Et í-te-rum ventú-rus est cum gló-ri-a, ju-di-

*juger les vivants et les morts ; lui dont le règne n'aura pas de fin.*




ca-re vi-vos et mórtu-os : cu-jus regni non e-rit fi-nis. Et in

*Et en l'Esprit-Saint, Seigneur, et donnant la vie, qui procède du Père et du Fils.*




Spí-ri-tum Sanctum, Dómi-num, et vi-vi-fi-cántem : qui ex Patre

*Qui, avec le Père et le Fils, est de même adoré*




Fi-li-óque pro-cé-dit. Qui cum Patre et Fí-li-o simul ador-á-tur.

*et glorifié, qui a parlé par les prophètes.*




et conglo-ri-fi-cá-tur : qui lo-cú-tus est per Prophé-tas. Et unam

*Et à l'Eglise, une, sainte, catholique et apostolique.*



sanctam cathó-li-cam et apostó-li-cam Ecclé-si-am. Confí-te-or


*Je confesse un seul baptême pour la rémission des péchés.*



unum baptísma in remissi-ónem pecca-tó-rum. Et exspécto re-

*Et j'attends la résurrection des morts.*

*Et la vie du siècle à venir.*



surrecti-ónem mortu-ó-rum. Et vi-tam ventú-ri sæ-cu-li. A- men.

## OFFERTOIRE

∇. Dóminus vóbiscum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

∇. Oremus.

## Répons du Propre

II<sup>ND</sup> TON – PSAUME CXVII, 16-17

Plain-chant grégorien puis reprise en polyphonie du Padre Giovanni Baptista Martini, o.f.m.

Déxtera Dómini \* fecit virtútem, dextera Dómini exaltávit me : non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

*La dextre du Seigneur a fait éclater sa puissance, la dextre du Seigneur m'a exalté. Je ne mourrai pas mais je vivrai et je raconterai les œuvres du Seigneur.*

## SECRETE

Ipse tibi, quæsumus, Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, sacrificium nostrum reddat accéptum, qui discíplis suis in sui commemoratiónem hoc fieri hodiérna traditióne monstrávit, Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus,...

*Fais, Seigneur Saint, Père Tout-Puissant, Dieu Eternel, que notre sacrifice te soit rendu agréable par Jésus-Christ ton Fils notre Seigneur, qui en ce jour l'a institué et ordonné à ses disciples de le célébrer en sa mémoire. Par Notre Seigneur Jésus-Christ ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu...*



## PREFACE DU TRES-SAINT SACREMENT

### Au propre de Paris

℣. PER ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

℟. Dignum et justum est.

℣. ... pour tous les siècles des siècles.

℟. Amen.

℣. Le Seigneur soit avec vous.

℟. Et avec votre esprit.

℣. Elevons nos cœurs.

℟. Nous les tournons vers le Seigneur.

℣. Rendons grâce au Seigneur notre Dieu.

℟. Cela est digne et juste.

VERE dignum et justum est, æquum et salutaire, nos tibi semper et ubique grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, per Christum Dóminum nostrum, verum æternúmque Pontíficem, et solum sine peccáti mácula Sacerdótem.

Qui in novíssima cœna formam sacrificii perénis instítuens, hóstiam se tibi primum obtulit, et primus dócuit offerri. Cujus carne pro nobis immolata dum páscimur roborámur, et fuso sanguíne dum potámur, ablúimur.

Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militía cælestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicentes :

Vraiment il est digne et juste, c'est notre devoir et c'est notre salut, de te rendre grâces, toujours et en tout lieu, à toi, Seigneur saint, Père tout-puissant, Dieu éternel, par le Christ notre Seigneur, Pontife véritable et éternel, et seul Prêtre sans la tache du péché.

Qui, à la dernière Cène, instituant la forme du sacrifice éternel, s'offrit à toi en premier comme victime, et pour la première fois enseigna à faire ce sacrifice ; lui dont la chair immolée pour nous nous fortifie quand nous nous en nourrissons, et dont le sang versé nous lave quand nous le buvons.

Et c'est pourquoi, avec les Anges & les Archanges, avec les Trônes & les Dominationes, & avec toutes les armées célestes, nous chantons l'hymne de ta gloire, en disant sans fin :

## SANCTVS

### De la Missa Exsultate Deo (1669) de François Cosset

SANCTVS, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli, et terra glória tua.

Hosanna in excelsis.

Saint, Saint, Saint, le Seigneur, Dieu des Armées.

Les cieus et la terre sont remplis de ta gloire.

Hosanna au plus haut des cieus.



## APRES LA CONSECRATION

### Bénédictus de la Missa Exultate Deo de François Cosset

BENEDICTVS qui venit in nómine Dómini.  
Hósanna in excélsis.

*Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur.  
Hosanna au plus haut des cieux.*



## AGNVS DEI

### De la Missa Exultate Deo de François Cosset

AGNVS DEI, qui tollis peccáta mundi :  
miserére nobis.

*Agneau de Dieu, qui ôtes les péchés du  
monde : aie pitié de nous.*

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi :  
miserére nobis.

*Agneau de Dieu, qui ôtes les péchés du  
monde : aie pitié de nous.*

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : dona  
nobis pacem.

*Agneau de Dieu, qui ôtes les péchés du  
monde : donne-nous la paix.*

## PREPARATION A LA COMMUNION

*Aux messes solennelles, le diacre **seul** chante le Confiteor au nom de tous les fidèles*

Confíteor Deo omnipoténti,  
beátæ Mariæ semper Vírgini,  
beáto Michaéli Archángelo,  
beáto Ioánni Baptístæ,  
sanctis Apóstolis Petro et Páulo,  
óm nibus Sanctis, et tibi pater :

*Je confesse à Dieu tout-puissant,  
à la bienheureuse Marie toujours vierge,  
au bienheureux Michel Archange,  
au bienheureux Jean-Baptiste,  
aux saints Apôtres Pierre et Paul,  
à tous les saints et à vous mon père,  
que j'ai beaucoup péché, par pensées,  
par paroles et par actions.*

quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et  
ópere :

*C'est ma faute, c'est ma faute, c'est ma  
très grande faute.*

mea culpa, mea culpa, mea máxima  
culpa.

*C'est pourquoi je supplie la bienheureuse  
Marie toujours vierge,*

Ideo precor beátam Mariám semper Vir-  
ginem,  
beátum Michaélem Archángelum,  
beátum Ioánnem Baptístam,  
sanctos Apóstolos Petrum et Páulum,  
omnes Sanctos, et te, pater,  
oráre pro me ad Dóminum Deum nos-  
trum.

*le bienheureux Michel Archange,  
le bienheureux Jean-Baptiste,  
les saints Apôtres Pierre et Paul,  
tous les saints et vous mon père,  
de prier pour moi le Seigneur notre Dieu.*

Misereátur vestri omnípotens Deus, et  
dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad  
vitam æternam.

*Que Dieu tout-puissant vous fasse miséri-  
corde, qu'il vous pardonne vos péchés et  
vous conduise à la vie éternelle.*

**Rx. Amen.**

Indulgéntiam, absolutiónem, et remis-  
siónem peccatórum nostrórum, tríbuat no-  
bis omnípotens et miséricors Dóminus.

**R.** Amen.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta  
mundi.

**R.** Dómine, non sum dignus ut intres  
sub tectum meum, sed tantum dic  
verbo & sanábitur ánima mea. (ter)

*Que le Seigneur tout-puissant et miséri-  
cordieux nous accorde le pardon, l'absol-  
ution et la rémission de nos péchés.*

*Voici l'Agneau de Dieu, voici celui qui ôte  
les péchés du monde.*

**R.** *Seigneur, je ne suis pas digne que tu  
entres sous mon toit, mais dis seule-  
ment une parole & mon âme sera  
guérie.*

## COMMUNION

Ecce festivitas amoris, motet pour le Jeudi Saint – Guillaume Bouzignac (c. 1587 †  
ap. 1643), maître de chapelle des cathédrales d'Angoulême, de Bourges, de Rodez  
et de Clermont-Ferrand

Ecce festivitas amoris,  
ergo dies lætitiæ et lacrimárum.

Datur Corpus Christi,  
ergo dies lætitiæ.

Recólitur pœnas.

Ecce memória Passiónis.

O amor ! O dolor !

Pavésco ! Stupésco !

Ecce dies lætitiæ. O mel dulcis !

Ecce memória Passiónis.

O lactúca amára !

Hæc admirátio non parit verbum  
sed siléntium.

Ecce festivitas amoris,  
ecce memória Passiónis.

*Voici la fête de l'amour*

*c'est donc un jour de joie et de larmes.*

*Le Corps du Christ nous est donné,  
c'est donc un jour de joie.*

*Nous nous souvenons des peines.*

*Voici la mémoire de la Passion.*

*O amour ! O douleur !*

*Je crains ! Je suis stupéfait !*

*Voici le jour de joie. O miel doux !*

*Voici la mémoire de la Passion.*

*O herbe amère !*

*Cette admiration ne suscite pas de parole,  
mais le silence.*

*Voici la fête de l'amour,*

*voici la mémoire de la Passion.*

Cœnæ tuæ - offertoire & communion des rits byzantin & ambrosien pour la messe  
du Jeudi Saint – polyphonie d'Alexis Fiedorovitch Lvov (1798 † 1870) général &  
aide de camp du tsar Nicolas I<sup>er</sup>, & maître de la chapelle impériale de Russie -  
adaptation au texte latin du rit ambrosien : Henri de Villiers

Cœnæ tuæ mirábili hódie, Fílius Dei,  
sóciū me áccipis. Non enim inimícis  
tuis mystériū dicam: non tibi dabo  
ósculum, sicúti et Judas: sed sicut latro  
confiténdo te. Meménto mei, Dómine,  
in regno tuo.

*A ta Cène mystique, fais-moi participer en  
ce jour, ô Fils de Dieu. Je ne révélerai pas  
ton mystère à tes ennemis ; je ne te donne-  
rai pas un baiser comme Judas ; mais avec  
le larron, je te confesserai : Souviens-toi  
de moi, Seigneur, quand tu viendras dans  
ton Royaume.*



## Antienne du Propre

Dóminus Jesus \* postquam cenávit cum discipulis suis, lavit pedes eórum, et ait illis : Scitis, quid fécerim vobis, ego Dóminus et Magíster ? Exémplum dedi vobis, ut et vos ita faciátis.

1. Dómine, exáudi oratiónem meam : \* et clamor meus ad te véniat.
2. Non avértas fáciem tuam a me : \* in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.
3. In quacúmque die invocávero te, \* velóciter exáudiet me.
4. Percússus sum ut fenum, et áruit cor meum : \* quia oblítus sum comédere panem meum.
5. Respéxit in oratiónem humilium : \* et non sprevit precem eórum.

## POSTCOMMUNION

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum Spírítu tuo.


**Orémus.** – Refécti vitálibus aliméntis, quæsumus, Dómine, Deus noster : ut, quod témpore nostræ mortalitátis exséquimur, immortalitátis tuæ múnere consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℞. Amen.

## ITE MISSA EST & BENEDICTION

*Allez, c'est l'envoi.*

I.



- te, missa est.

*Rendons grâces à Dieu.*



℞. De-o grá-ti-as.

## II<sup>ND</sup> TON – JEAN XIII, 12 – PSAUME C1, 2-3, 5, 18

*Le Seigneur Jésus, après qu'il eut soupé avec ses disciples, leur lava les pieds et leur dit : Savez-vous ce que je vous ai fait, moi, le Seigneur et Maître ? Je vous ai donné un exemple, afin que vous fassiez de même.*


1. Seigneur ! exauce ma prière, et que mon cri parvienne jusqu'à toi.
2. Ne détourne point ta face de moi ; en quelque jour que je me trouve affligé, incline vers moi ton oreille.
3. En quelque jour que je t'invoque, exauce-moi promptement.
4. J'ai été frappé comme l'herbe, & mon cœur s'est desséché, parce que j'ai oublié de manger mon pain.
5. Il a regardé la prière des humbles, et il n'a point méprisé leur prière.

VI.



*Salut ! Reine des cieux !*

*Salut ! Souveraine des Anges !*



-ve Re-gí-na cœ-ló-rum, \* Ave Dómi-na Ange-ló-rum :

*Salut ! Racine ! Salut ! Porte*

*Par laquelle la lumière s'est levée sur le monde !*



Salve ra-dix, salve porta, Ex qua mundo lux est orta :

*Réjouis-toi, Vierge glorieuse,*

*Belle entre toutes,*


*Salut !*



Gaude Virgo glo-ri-ó-sa, Su-per omnes spe-ci-ó-sa : Va-le, o

*ô pleine de beauté,*

*Et prie le Christ pour nous.*



valde de-có-ra, Et pro no-bis Christum exó-ra.

PROCESSION SOLENNELLE AU REPOSOIR



*On porte le S<sup>t</sup> SACREMENT dans le TOMBEAU.*

**Pange lingua – hymne du Saint Sacrement – alternances polyphoniques d’Orfeo Vecchi (c. 1550 † 1604), maître de chapelle de Santa Maria della Scala à Milan.**

Pange lingua gloriósi  
Córporis mystérium,  
Sanguínisque pretiosi,  
Quem in mundi prétium  
Fructum ventris generosi  
Rex effúdit géntium.

*Nobis datus, nobis natus  
Ex intácta Vírgine,  
Et in mundo conversátus,  
Sparso verbi sémine,  
Sui moras incolátus  
Miro clausit órđine.*

In suprémæ nocte cœnæ,  
Recúbens cum frátribus,  
Observáta lege plene  
Cibis in legálibus,  
Cibum turbæ duodénæ  
Se dat suis mánibus.

*Verbum caro, panem verum  
Verbo carnem éfficit :  
Fitque sanguis Christi merum,  
Et si sensus déficit,  
Ad firmándum cor sincérum  
Sola fides súfficit.*

Tantum ergo Sacraméntum  
Venerémur cérnui :  
Et antíquum documéntum  
Novo cedat rítui :  
Præstet fides suppléméntum  
Sénsuum deféctui.

*Genitóri, Genitóque  
Laus et jubilátio,  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit et benedíctio :  
Procedénti ab utróque  
Compar sit laudátio.  
Amen.*

Chante, chante ma langue, un mystère terrible,  
Mystère aux sens inaccessible,  
Du corps rempli de gloire, & du sang précieux,  
Que, pour prix infini de l’univers coupable,  
Versa le monarque adorable.  
Fruit d’un très chaste sein d’une fille des cieux,

*Ce roi se donne à nous ; le Verbe né du Père,  
Nait pour nous d’une Vierge mère :  
Et parmi les mortels, mortel passe ses jours :  
Il sème dans les cœurs sa parole féconde ;  
Et près de partir de ce monde,  
Par un ordre admirable il achève son cours.*

Assis avec les siens, la nuit qui fut suivie  
De la triste fin de sa vie,  
Il accomplit la loi dans ce dernier festin,  
En mangeant de l’agneau la Pâque désirée,  
A ceux de la troupe sacrée,  
Se donne, en pain vivant, Lui-même de sa main.

*Du Verbe, rendu chair, la parole ineffable  
Rend le pain sa chair véritable,  
Et le vin se transforme au sang de notre roi ;  
Et quoique tous les sens combattent ce mystère,  
Pour affermir un cœur sincère  
Il suffit de l’armer d’une invincible foi.*

Adorons avec crainte au pied de cette table,  
Un sacrement si vénérable ;  
Et que l’ancienne loi cède aux nouveaux présents,  
Que la vérité même en efface les ombres ;  
Et que nos yeux étant sombres,  
Notre foi nous éclaire au défaut de nos sens.

*Au Dieu Père éternel, au Fils, égal au Père,  
Louange en ce jour salutaire,  
Gloire, chant d’allégresse, honneur, force, gran-  
deur :  
Qu’ils soient bénis sans cesse, & qu’on bénisse en-  
core  
L’Esprit Saint que le ciel adore,  
Dieu procédant des deux, souffle brûlant de leur  
cœur. Ainsi soit-il.*



## DEPOUILLEMENT DES AUTELS

*Après une prière au Reposoir, le Célébrant et ses ministres regagnent la sacristie pour déposer leurs ornements de fête. Ils reviennent au chœur, le Célébrant revêtu de l'étole violette croisée sur l'aube, le Diacre de l'étole diaconale violette sur l'aube et le Sous-Diacre en aube. Ils sont précédés des acolytes sans chandeliers, tous tenants les mains jointes.*

*En entrant au chœur, tous font la gémuflexion sauf le Célébrant, qui fait une inclination profonde. Debout devant l'autel, le célébrant commence recto tono l'antienne suivante, que tous continuent ensuite après l'astérisque :*

**Ant. Diviserunt sibi \* vestiménta mea et super vestem meam miserunt sortem.**

**Ant. Ils ont divisé \* mes vêtements, et tirèrent au sort ma tunique.**

*Le célébrant entonne recto-ono le psaume XXI, la suite étant alternée lentement recto-ono par les deux moitiés du chœur :*

Deus, Deus meus, respice in me : quare me dereliquisti ? \* longe a salute mea \* verba delictorum meorum.

*Dieu, mon Dieu, regarde-moi, pourquoi m'avoir abandonné ? la clameur de mes péchés éloigne de moi le salut.*

Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies : \* et nocte, et non ad insipientiam mihi.

*Mon Dieu, je crie tout le jour, tu ne m'exauces pas, la nuit, et je n'ai point de repos.*

Tu autem in sancto habitas, \* laus Israel.

*Toi pourtant, tu habites dans le lieu saint, Dieu d'Israël.*

In te speraverunt patres nostri : \* speraverunt, et liberasti eos.

*En toi ont espéré nos pères, ils ont espéré & tu les as délivrés.*

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : \* in te speraverunt, et non sunt confusi.

*Vers toi ils ont crié, et ils ont été sauvés, en toi ils ont espéré, et ils ne furent point confondus.*

Ego autem sum vermis, et non homo : \* opprobrium hominum, et abjectio plebis.

*Moi cependant je suis un ver, et non un homme, l'opprobre des humains, et l'abjection du peuple.*

Omnes qui videbant me, deriserunt me : \* locuti sunt labiis, et moverunt caput.

*Tous ceux qui me voyaient se sont moqués de moi ; de leurs lèvres, ils m'ont outragé et hochèrent la tête :*

Speravit in Domino, eripiat eum : \* salvum faciat eum, quoniam vult eum.

*« Il a espéré en le Seigneur, qu'il le délivre, qu'il le sauve, puisqu'il l'aime. »*

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre : \* spes mea ab uberibus matris meae. In te projectus sum ex utero :

*Parce que c'est toi qui m'as tiré du ventre de ma mère, qui fus mon espérance quand j'étais à la mamelle. Dès ma naissance je t'appartenais.*

De ventre matris meae Deus meus es tu, \* ne discesseris a me :

*Dès le sein maternel, tu es mon Dieu, ne te retires pas loin de moi.*

Quoniam tribulatio proxima est : \* quoniam non est qui adjuvet.

*Parce que l'angoisse m'assaille, et il n'y a personne pour me secourir.*

Circumdedérunt me vítuli multi : \* tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, \* sicut leo rápiens et rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum : \* et dispersa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquéscens \* in médio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit fáucibus meis : \* et in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi : \* concílium malignántium obsédit me.

Foderunt manus meas et pedes meos : \* dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me : \* divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxiliúm tuum a me : \* ad defensionem meam cónspice.

Erue a frámea, Deus, ánimam meam : \* et de manu canis únicam meam :

Salva me ex ore leónis : \* et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis : \* in médio ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum : \* univérsum semen Jacob, magnificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israël : \* quóniam non sprevit, neque despéxit deprecationem páuperis.

Nec avértit fáciem suam a me : \* et cum clamárem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclésia magna : \* vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

*Des taureaux nombreux m'entourent ; des taureaux énormes m'assiègent.*

*Ils ouvrent leur gueule contre moi, comme un lion ravisseur et rugissant.*

*Je suis comme l'eau qui s'écoule, et tous mes os se disloquent.*

*Mon cœur est devenu comme de la cire, il se fond dans mes entrailles.*

*Ma force s'est desséchée comme un tesson, et ma langue s'est attachée à mon palais ; tu m'as conduit à la poussière de la mort.*

*Car des chiens nombreux m'entourent ; une bande de scélérats rôde autour de moi.*

*Ils ont percé mes mains et mes pieds ; ils ont compté tous mes os.*

*Ils me considèrent & m'observent ; ils ont divisé mes vêtements, et tirèrent au sort ma tunique.*

*Mais toi, Seigneur, ne me retire pas ton aide, prends soin de ma défense.*

*Délivre mon âme du glaive, et mon unique vie de la griffe du chien.*

*Sauve-moi de la gueule du lion, et ma vie humiliée des cornes des licornes.*

*J'annoncerai ton nom à mes frères ; je te louerai au milieu de l'assemblée.*

*Vous qui craignez le Seigneur, louez-le : toute la race de Jacob, magnifiez-le.*

*Que toute la race d'Israël le révère, parce qu'il n'a pas méprisé ni rejeté la supplication du pauvre.*

*Il n'a point détourné de moi sa face ; il m'a exaucé, lorsque je criais vers lui.*

*Je t'adresse ma louange dans la grande Eglise ; je t'offrirai un sacrifice en présence de ceux qui te craignent.*

Edent páuperes, et saturabúntur : et laudábunt Dóminum, qui requírunt eum :  
\* vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum \* univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu ejus \* univérsæ famíliæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum : \* et ipse dominábitur Géntium.

Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ : \* in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : \* et semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : \* et annuntiábunt cæli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

*On attend si besoin est le retour devant l'autel majeur du Célébrant et de ses ministres pour conclure le psaume par la reprise de l'antienne par les deux chœurs recto-tono :*

**Ant. Diviserunt sibi \* vestiménta mea et super vestem meam miserunt sortem.**

*Les pauvres en mangeront et seront rassasiés, et ils loueront le Seigneur, ceux qui le cherchent ; leur cœur vivra dans les siècles des siècles.*

*Les confins mêmes de la terre se souviendront du Seigneur et se tourneront vers lui ;*

*Et devant sa face, toutes les nations se prosterneront.*

*Car au Seigneur est la royauté, et c'est lui qui domine les nations.*

*Tous les puissants de la terre devant lui seul se prosterneront ; tous ceux qui descendent dans la poussière s'inclineront devant lui.*

*Et mon âme vivra pour lui, et ma postérité lui sera fidèle.*

*On annoncera le Seigneur à la génération à venir, et les cieux annonceront sa justice au peuple qui naîtra, on dira ce que fit le Seigneur.*

**Ant. Ils ont divisé \* mes vêtements, et tirèrent au sort ma tunique.**

## MANDATUM

*Après le dépouillement des Autels, les clercs se rassemblent pour faire le Mandatum au lieu qui a été désigné. On chante tout d'abord l'évangile suivant :*

### SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECVNDVM JOANNEM

JEAN XIII, 1-15

Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem diléxit eos. Et cena facta, cum diábolus jam misísset in cor, ut tráderet eum Judas Simónis Iscariótæ, sciens quia ómnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exívit, et ad Deum vadit, surgit a cena, et ponit vestiménta sua, et cum accepisset línteum, præcínxit se. Deínde mittit aquam in

*Avant la fête de la Pâque, sachant que l'heure était venue pour lui de passer de ce monde) son Père, Jésus, ayant aimé les siens qui étaient dans le monde, les aima jusqu'au bout. Or, après le souper, alors que le diable avait déjà mis au cœur de Judas Iscariote, fils de Simon, la décision de le livrer, sachant que le Père lui avait tout remis entre les mains, qu'il était sorti de Dieu et retournait à Dieu, il se lève de table, dépose son vêtement, et prend un linge qu'il*

pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simónem Petrum.

Et dicit ei Petrus : « Dómine, tu mihi lavas pedes ? » Respondit Jesus et dixit ei : « Quod ego fácio, tu nescis modo, scies autem póstea. » Dicit ei Petrus : « Non lavábis mihi pedes in ætérnum. » Respondit ei Jesus : « Si non lávero te, non habébis partem mecum. » Dicit ei Simon Petrus : « Dómine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. »

Dicit ei Jesus : « Qui lotus est, non índiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. »

Sciébat enim quisnam esset qui tráderet eum ; propterea dixit : Non estis mundi omnes.

Postquam ergo lavit pedes eórum, et accépit vestiménta sua, cum recubúisset íterum, dixit eis : « Scitis, quid fécerim vobis ? Vos vocátis me Magíster et Dómine, et bene dicitis ; sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus et Magíster : et vos debétis alter altérius lavare pedes. Exémplum enim dedi vobis, ut, quemádmódu(m) ego feci vobis, ita et vos faciátis. »

*se noue à la ceinture. Puis il verse de l'eau dans un bassin et il se met à laver les pieds de ses disciples, les essuyant avec le linge dont il était ceint. Il arrive ainsi devant Simon Pierre. Et Pierre lui dit : « Seigneur, c'est toi qui me laves les pieds ! » Jésus lui répondit : « Ce que je fais, tu ne le sais pas maintenant ; après, tu comprendras. » Pierre lui dit : « Non, jamais tu ne me laveras les pieds ! » Jésus lui répondit : « Si je ne te lave pas, tu n'auras point de part avec moi. » Simon Pierre lui dit : « Seigneur, pas seulement les pieds, mais aussi les mains et la tête ! » Jésus lui dit : « Celui qui a pris un bain n'a point besoin de se laver, sauf toutefois les pieds : il est entièrement pur. Vous aussi, vous êtes purs ; mais pas tous. » Il savait en effet qui allait le livrer ; voilà pourquoi il avait dit : « Vous n'êtes pas tous purs. »*

*Or, quand il leur eut lavé les pieds, qu'il eut repris son vêtement et se fut remis à table, il leur dit : « Comprenez-vous ce que je vous ai fait ? Vous m'appelez : Maître et Seigneur, et vous dites bien, car je le suis. Si donc je vous ai lavé les pieds, moi le Seigneur et Maître, vous devez aussi vous laver les pieds les uns aux autres. C'est un exemple que je vous ai donné afin que vous fassiez, vous aussi, comme je vous ai fait.*

### Pendant le lavement des pieds, on chante les antiennes suivantes :

#### I<sup>ère</sup> antienne

Mandátum novum do vobis : \* ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos, dicit Dóminus.

✠. Beáti immaculáti in via : \* qui ámbulant in lege Dómini.

#### II<sup>nde</sup> antienne

Postquam surréxit Dóminus \* a cena, misit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum suórum : hoc exémplum reliquit eis.

III<sup>ème</sup> TON – JEAN XIII, 34 & PSAUME CXVIII, 1

*Je vous donne un commandement nouveau : que vous vous aimiez les uns les autres, comme je vous ai aimé, dit le Seigneur.*

✠. Bienheureux ceux qui sont immaculés en leurs voies, qui marchent dans la loi du Seigneur.

IV<sup>ème</sup> TON – JEAN XIII, 4-5 & 15, & PSAUME XLVII, 2

*Après s'être levé de table, le Seigneur versa de l'eau dans un bassin, et commença à laver les pieds de ses disciples ; il leur laissa cet exemple.*

✠. Magnus Dóminus, et laudábilis nimis :  
\* in civitáte Dei nostri, in monte sancto  
ejus.

### III<sup>ème</sup> antienne

Dóminus Jesus \* postquam cenávit cum  
discípulis suis, lavit pedes eórum, et ait  
illis : Scitis, quid fécerim vobis, ego  
Dóminus et Magíster ? Exémplum dedi  
vobis, ut et vos ita faciátis.

✠. Benedixísti, Dómine, terram tuam : \*  
avertísti captivitátem Jacob.

### IV<sup>ème</sup> antienne

Dómine, \* tu mihi lavas pedes ? Res-  
póndit Jesus, et dixit ei : Si non lávero  
tibi pedes, non habébis partem mecum.

✠. Venit ergo ad Simónem Petrum, \* et  
dixit ei Petrus :

Dómine...

✠. Quod ego fácio, tu nescis modo : \*  
scies autem póstea.

### V<sup>ème</sup> antienne

Si ego, Dóminus \* & Magister vester,  
lavi vobis pedes : quanto magis debétis  
alter altérius laváre pedes ?

✠. Audíte hác omnes gentes : \* áuribus  
percípíte, qui habitátis orbem.

### VI<sup>ème</sup> antienne

In hoc cognóscant omnes, \* quia  
discípuli mei estis, si dilectiónem habué-  
ritis ad ínvicem.

✠. Dixit Jesus \* discíplis suis.

### VII<sup>ème</sup> antienne

Máneant in vobis fides, spes, cáritas, tria  
hác : major autem horum est cáritas.

✠. Nunc autem manent fides, spes, cári-  
tas, tria hác : major autem horum est  
cáritas.

✠. Grand est le Seigneur et digne de  
louange, dans la cité de notre Dieu, sur sa  
sainte montagne.

II<sup>ND</sup> TON – JEAN XIII, 12 & PSAUME LXXXIV, 2

*Le Seigneur Jésus, après qu'il eut sou-  
pé avec ses disciples, leur lava les pieds et  
leur dit : Savez-vous ce que je vous ai fait,  
moi, le Seigneur et Maître ? Je vous ai  
donné un exemple, afin que vous fassiez de  
même.*

✠. Tu as béni, Seigneur, ta terre, tu as ôté  
la captivité de Jacob.

V<sup>EME</sup> TON – JEAN XIII, 6

*Seigneur, tu me laves les pieds ? Jésus lui  
répondit : Si je ne te lave les pieds, tu  
n'aura point de part avec moi.*

✠. Il vint donc à Simon Pierre et Pierre lui  
dit :

Seigneur...

✠. Ce que je fais, tu ne le sais pas mainte-  
nant, mais après tu le sauras.

IV<sup>EME</sup> TON – JEAN XIII, 14 & PSAUME XLVIII, 2

*Si moi, votre Seigneur & Maître, je vous ai  
lavé les pieds, combien plus devez-vous  
vous laver les pieds les uns aux autres ?*

✠. Ecoutez ceci, tous les peuples, prêtez  
vos oreilles, vous qui habitez l'univers.

VII<sup>EME</sup> TON – JEAN XIII, 35

*En ceci tous reconnaîtront que vous êtes  
mes disciples, si vous avez de l'amour les  
uns pour les autres.*

✠. Jésus dit à ses disciples.

VII<sup>EME</sup> TON – I CORINTHIENS XIII, 13

*Que demeurent en vous ces trois choses :  
la foi, l'espérance et la charité ; mais la  
plus grande est la charité.*

✠. Et maintenant demeurent ces trois  
choses : la foi, l'espérance et la charité ;  
mais la plus grande est la charité.

VIII<sup>ème</sup> antienneVI<sup>ème</sup> TON – PSAUME LXXXIII, 2-3

Benedicta sit sancta Trinitas atque indivisa Unitas : confitébimur ei, quia fecit nobiscum misericórdiam suam.

✠. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

✠. Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum ! concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.


*Bénie soit la sainte Trinité et l'Unité indivisible : nous chanterons ses louanges, car elle a exercé sur nous ses miséricordes.*

*✠. Bénissons le Père, et le Fils, avec le Saint-Esprit.*

*✠. Combien sont aimables tes tabernacles, Seigneur des Armées ! Mon âme désire et soupire auprès des parvis du Seigneur.*

IX<sup>ème</sup> antienneVI<sup>ème</sup> TON

*Où sont charité et amour, Dieu est présent*

**Ant. VII.**  -BI cá-ri-tas et a-mor, De-us i-bi est. ✠. Congre-gá-vit

*L'amour du Christ nous a assemblés en un. Exultons, et réjouissons-nous en lui.*

nos in u-num Christi amor. ✠. Exsultémus, et in ip-so

*Craignons et aimons le Dieu vivant.*

ju-cundémur. ✠. Time-ámus, et amé-mus De-um vi-vum. ✠.

*Et aimons-nous d'un cœur sincère.*

Et ex corde di-li-gá-mus nos sin-cé-ro.


*Où sont charité et amour, Dieu est présent*

*Añã.* Ubi cá-ri-tas et a-mor, De-us i-bi est. ✠. Simul ergo


*Lors donc que nous sommes assemblés en un seul lieu, Gardons-nous de diviser nos esprits.*

cum in u-num congre-gámur : ✠. Ne nos mente di-vi-dá-mur,


*Que cessent les querelles mauvaises, que cessent les procès.*



*Et qu'au milieu de nous soit le Christ Dieu.*




*Où sont charité et amour, Dieu est présent*



*Qu'aussi, avec les Bienheureux, nous puissions voir*

*ta face dans la gloire, Christ Dieu :*



*joie qui est immense et pure,*



*dans l'infinité des siècles des siècles. Amen.*



Le Mandatum étant achevé, le célébrant se lave les mains, reprend le manipule et la chape, et dit les versets & prières suivants :

Pater noster (*secreto*)

*Notre Père... (en secret).*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

*V. Et ne nous laisse pas succomber à la tentation.*

R. Sed libera nos a malo.

*R. Mais délivre-nous du mal.*

V. Tu mandásti mandáta tua, Dómine.

*V. Tu as commandé, Seigneur que tes commandements*

R. Custodíri nimis.

*R. Soient gardés inviolablement.*

V. Tu lavásti pedes discipulórum tuórum.

*V. Tu as lavé les pieds de tes disciples.*

R. Opera mánuum tuárum ne despicias.

*R. Ne méprise pas l'œuvre de tes mains.*

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vóbiscum.

℞. Et cum Spíritu tuo.

**Orémus.** – Adésto Dómine, quæsumus, officio servitútis nostræ : et quia tu discíplis tuis pedes laváre dignátus es, ne despicias ópera mánuum tuárum, quæ nobis retinénda mandásti : ut, sicut hic nobis et a nobis exterióra abluúntur inquinaménta : sic a te ómnium nostrum interióra lavéntur peccáta. Quod ipse præstáre dignéris, qui vivis & regnas Deus : per ómnia sæcula sæculórum.

℞. Amen.

℣. Seigneur, exauce ma prière.

℞. Et que mon cri parvienne jusqu'à toi.

℣. Le Seigneur soit avec vous.

℞. Et avec ton esprit.

*Prions.* – Reçois, Seigneur, l'office de notre dévouement, et parce que tu n'as pas dédaigné de laver toi-même les pieds de tes disciples, ne méprises pas l'œuvre de tes mains que tu nous as ordonné d'imiter ; fais que nos péchés intérieurs soient effacés comme nos saletés corporelles sont lavées. Daigne nous accorder cette grâce, toi Lui qui étant Dieu, vis & règne pour tous les siècles des siècles.





Del. P. M. de la Tour. Sculp. P. M. de la Tour.

Del. P. M. de la Tour. Sculp. P. M. de la Tour.

IOHANN. XIII.

Hos iacet ante pedes, cui se subternere debent  
Prociduo Cælum, Tartara, Terra, genu.  
Te plantæ alterius sors subijcit? aspice Iesum,  
Eriget exemplo cor tibi nempe suo.



Schola Sainte Cécile

Direction : Henri de Villiers

A Porgue, Vincent Rigot

*Cette messe est diffusée en direct sur YouTube :*

**CHAINE ITE MISSA EST**

**[youtube.com/@itemissaestparis](https://youtube.com/@itemissaestparis)**



# CHANT DE L'OFFICE DES TENEBRES APRES UNE COURTE PAUSE

## HORAIRES DE LA SEMAINE SAINTE

VENDREDI SAINT - Messe des Présanctifiés à 19h  
(*Improprès de Victoria*)

suivis de l'office des Ténèbres vers 22h

SAMEDI SAINT – vigile pascale à 15h30

DIMANCHE DE PAQUES - messe solennelle  
de la résurrection à 11h

Vêpres stationnales de Pâques selon l'ancien Ordre Romain  
(*au propre de Paris*) à 17h

OCTAVE DE PAQUES - du 1<sup>er</sup> au 6 avril

Lundi de Pâques, in Albis : messe solennelle à 11h

Du mardi au vendredi de Pâques, in Albis :  
messes chantées à 19h

Samedi de Pâques, in Albis : messe chantée à 9h30



NON SCINDAMVS EAM  
*Leon. Cap. 19. V. 24.*